uel cretenses mendaces. & stulti galatae. t dura ceruice israh.
t una quaeque prouincia proprio uitio denotentur. in epistula pauli
ad galatas disseruimus; est quia nihil amplius est quod hic pos
simus afferre. illo contenti sumus quam obrem. increpa ait il
lo sacriter; mendaces quippe sunt. & malae bestiae. & uentres pi
gri. qui falsa persuadent. qui ferarum ritu sanguinem sitiunt
deceptorum. & non cum silentio operantes. suum panem manducant.
quorum deus uenter est. & gloria in confusione eorum. & increpa ut sa
ni sint in fide; de qua fidei sanitate. & in consequentibus loquitur.
Senes. sobrios esse. honestos. pudicos. sanos in fide & caritate &
patientia; ad quam fidei similitudinem. doctrinae quoque sani
tas appellatur; erit enim tempus. quando sanae doctrinae non ad
quiescent; Sunt & sermones sanitatis. de quibus ad timotheum in prima
epistola loquitur; Si quis aliter docet. & non adquiescit sanis
sermonibus domini nostri ihesu xpi. & quae secundum pietatem doctrinae;
& in secunda; exemplum habens sanorum uerborum. quae a me au
disti; qui hanc habent fidem fidei & doctrinae sanitatem atque
uerborum. non attendent iudaicis fabulis. & mandatis homi
num. auersantium se a ueritate; adquiescamus paulis per iudae
is. & eorum qui apud eos sapientes uocantur. patienter inepti
as audiamus. Et tunc intellegimus. quae sunt iudaicae fabu
lae sine auctoritate scripturae. sine ulla adsertione ratio
nis. anilia quaedam. & fabulosa fingentium; De quibus
esaias propheta uti dicens. populus hic labiis me honorat. cor autem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek Köln
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek Köln
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/dbk_cod58/0260